

Stephan Klotz

Rector Universitatis Rostochiensis, Stephanus Clotz, S.S. Theol. P.P. & ad D. Jacob. Ecclesiastes. Ad Exequias ... Emerentiae Schütten/ Hodie ... a viduo maestissimo parandas Academiae Cives ... hortatur & invitat

Rostochii: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775782572>

Druck Freier  Zugang



Clotz, St.,


in

E. Schütt.

ur. von. Schütt

Rostock, 1634.

21.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
STEPHANUS CLOTZ,
S.S. Theol. P. P. & ad D. Jacob.
Ecclesiastes.

Ad

Exequias

Fœminæ virtutum sexum istum con-
decorantium splendore maxumè con-
spiciæ

EMERENTIA
Schütten!

Hodie in Templo D. Mariæ hora
mediâ prima,

à viduo mestissimo parandas

Academiæ Cives

Omnes & singulos

Ea qua par est ratione hortatur &
invitat.



ROSTOCHII,
Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXXIV.



RECTOR
Academiæ Rostochiensis
STEPHANUS CLOTZ,
S. S. Theol: P. P. & ad D. Jacob.
Ecclesiastes.



*I non aliunde, Saltem propter
partus pericula, & liberorū procre-
ationem, omni honore dignus est se-
quior ille sexus fœminarum: Nihil
æquè miserum, nihil æquè periculis,
doloribꝫ, ipsi deniqꝫ mori obnoxium,
quam fœmina uterum ferens, &
partui edendo sollicita. Vtrum vi-
deas humi cadens quod non frangatur, Fœminam verò ejusmodi
deprehendas, quæ levissimo quoqꝫ pulvisculo periclitetur: In
Balearibus sanè Insulis fœmine tanci estimabantur, uti
Diodor narrat, ut tribꝫ quatuorvè viris una fœmina à pira-
tis capta redimeretur, & quinqꝫ viris una daretur uxor, quæ se
uterum ferret, à septimo prægnationis mense templo inclusa &
à viro separata custodiebatur, ut DEos, quorum inclusa templis
erat, in partu magis propitios haberet, (quo nomine Arist. l. 7.
Pol. c. 16. vult mulierem singulis diebus iter facere ad DEo-
rum simulacra, quæ concipiendi honorem sortita sit) ibique
amni periculi metu exempta viveret, qui gravidis inter
homi-*

hominum consortia accidere posset: Apud Pannonios, ubi
nunc Hungaria est, eo honore erant gravida, ut si quæ domo
exiret, deducere illam cogeretur, quicumq; occurreret: Apud
Romanos Junonem Lucinam sive Lucetiam ut bene pa-
rerent & in lucem ederent fetus, parturientes habebant, cui dea
Numa Pompilius amplissimum templum consecravit, ubi gra-
vide sacra pro felici partu faciebant, & pro singulis nascenti-
bus parentes sive cognati, certi pretij nummum, in ararium à
Servio Tullio Rege eo sine ibi collocatum, inferebant: Festa e-
jusdem agitant Matronæ Calendis Martijs, quod uti Ovi-
dius canit

— excubias ubi Rex Romanis agebat

Qui nunc Exquilias nomina collis habet,
Illic à nurbus Junoni templa Latinis,

Hac sunt, si memini, publica facta die.

Si quæ tamen gravida est, resoluta crine precetur,

Ut solvat partus molliter illa suos

Consul autem Rutilius,

— cui injustos rabidis pulsare querelis

Cælicolas solamen erat,

templum istud evereit: Cum enim filia ejus gravida, & devo-
tionis ergo ferias Junonis celebratura in eadem Lucinæ sese con-
tulisset, infelici fato non solum mortuum illa partum enixa, sed
etiam ipsa insuper extincta est. Hic verò victus dolore Con-
sul clam ignem templo immitti, illudq; everti curavit: Sed & e-
rat Romanis Opis, Dea, uti credebatur, infanti nascenti præ-
fecta, sicut Lucina Matri, cujus imagineulam toto pragnatio-
nis tempore ventri impendentem mater gestabat, Quod si rectè
infans edebatur, cultu singulari Idolum illud Pater & agnati
afficiebant, si in partu suffocabatur, simulacrum illud Opis pro-
fluente mergebant in profundum. Apud Gallos Transalpi-

nos quoties fœmina parturiebat, vicini Deos, singuli Domesticos, qui Lares sive Penates dicebantur, in conspectum ejus adducebant, tantoq̄ potentiores ad illam partus periculo liberandam, futuros sibi Deos persuadebant, quanto major ibi Doorum copia conferretur. Utiq̄ laudabilis fuisse illa gentium erga gravidas cura & sollicitudo, si tam pro ijs ad virum & verum Deum sine superstitione supplicassent, quam ad imbelles illos Deastros, qui ἐν τῷ οὐρανῷ Φύσει τοῦ Θεοῦ, non nisi confertâ acie in medium producti, parturienti opitulari poterant, Vere enim ut Ic. ait, labor præmium, amor fidem, uteri tumor honorem postulant, quem bruta quoq̄ animalia naturæ quodam ductu sexui isti exhibent: Læna enim, uti Arist. auctor est, uterum ferente, non modo in venationem profectus Leo, & sibi & ipsi victum parat, verum diurnis illam nocturnisq̄ custodijs subinde defendit: Et, ut recenset Olaus, equam gravidam, dentibus ac calcitatione pedum ab uris defendit validus Caballus: Quid ergo nos qui in terra præcipuum animal homines sumus, fœminis debemus, quæ quoties uterum ferunt pariuntq̄, toties acie quasi structâ, cum exquisitissimis periculis, acerbissimis doloribq̄, ipsa deniq̄ morte constigunt, sæpiusq̄ in prælio isto succumbunt, suaq̄ morte vitam filijs nostris largiuntur? Sisto vobis Cives Academici, hujus rei exemplum, Emerentiam Gladviam, fœminam castissimam, quæ in acie istâ fortiter prælians occubuit, diemq̄ hodiernum nobis fecit exequialem! Quæ quidem toto prægnationis tempore, à quo divina benedictione uterum ferre, & parvi edendo obnoxia fieri cœpit, admodum sollicitè à provido marito habita, neq̄ templis more Balearium fœminarum, sed pijs sui, maritiq̄ precibus, & sollicitis Angelorum custodijs inclusa, omniq̄ hætenus ad ipsum usq̄ partum periculo exempta fuit: Nec vero Junoni Luceræ, aut Opi cui-dam Etbnicæ, sed Deo vivo & vero, pro partu felici & prospere

re

vo vota & sacra facta, ipsiq; tandem parturienti, à feminis honestis non Deilli tutelares, aut Penates lignei, sed pij pectoris suspiria in subsidium collata: Neq; illud sine omni fructu, aut successu, nisi in ipso portu impigisset, Enixa enim est filiolarum mellitissimam quæ in sacro Bapt. fonte non ita pridem peccatis abluta est, Margaretham Elifabetham, paulo tamen post eum filia dedisset lucem, alijs symptomatibus affecta Deo reddidit & animam. Parum sane prodest navi, quæ diu multumq; immensis oceani fluctibus jactata, omnesq; illos superavit, in ipso tamen portu infeliciter impingit, periculosior enim tempestas illa est, quæ appellere navim, quam quæ exire non sinit. Infelicem eoq; nomine dixero hanc nostram Gladoviam, quæ diu multumq; utriusque difficultatibus, quasi quodam Oceano, jactata, tandem in portum sese pervenisse, omnemq; periculi metum pariendo superasse, putavit quidem, sed ecce naufragam puellulam naturæ quodam fluctu in hanc vicam ejecit, ipsa verò in portu fracta & collisa diem obiit. Majores, quos tralaticio more recensere habuit hæc nostra admodum conspicuos, & stantes in curribus Emilianos; Edita enim est in hanc lucem, ante annos 26. Anno 1607. die 10. Nov. intra 3. & 4. Vespertinam, Patre, Viro Amplissimo & Prudentissimo Dn. Joachimo Schütten/ Consule, dum viveret, hujus urbis meritissimo, hæreditario in Stove, & dehinc a vo paterno orta est, Nicolao Schütten/ Gustroviense quondam Senatore, qui uxorem habuit Annam viri Nobilis Nicolai Stoislöff, filiam, proavo verò Henrico Schütten/ Illustrissimi & Celsissimi quondam Megapolensium Ducis Henrici Consiliario & præfecturæ Gustroviensis ac Stargardensis Capitaneo, qui Margaretham VVinckelmanniam, Dn. Christophori Klevenov / Consulis Gustroviensis, relictam viduam, ab eo sibi junxit, Matre edita est Ellsabe Gerdes / & hinc orta

Viri Materno Joachimo Gerdes / cive hujus urbis quondam
laudatissimo, qui cum uxore 40. Annos placido conjugio vixit, &
Matthæum Wismar. Reip. Syndicum, dum viveret, item loa-
chimum, hancq; nostræ, Macrem Ellabetham & Mariam
Dn. Henrici Geismers / præfetti templi Jacobei & Civis pri-
marij, costam charissimam, ex ea suscepit, facta vero proavo ma-
terno Henrico Gerdes / Consule Reipub. nostræ urbana desi-
deratissimo. His illa majoribus orata, his parentibus enutrita
est: His genita, & sacro Baptismatis lavacro regenita,
post ab ijs, qui vov̄ ēv̄ ἀγαθῶν, in omni virtutum sexum hunc comi-
tantium genere educata est ita, ut si vixisset parentibus fuisset ha-
culus quidam decrepita senecta. Hæ vero animi dotes (utroq; licet
post parente orba fuerit) pollexere tamen Virū Præstantiss. Dn.
Johannem Gladovium, Ampli. & Prudentiss. viri Domini
Vincētij Gladovij Consulis p. m. meritissimi filium unicum,
nunc viduum mæstissimum, ut ejus pecceret legitimos amplexus,
& consentiente amicorum suffragio obtineret, sibiq; in thala-
mum duceret elapso jam Anno 1633. d. 4. Martij: Sed, Ut
nulla est longi temporis felicitas; Ita etiam constanter forcu-
na suam in mutabilitate constantiam hic servavit, Homines
capiunt voluptates, capiunt rursus ut ait ille apud Plautum,
miserias: Ante 46. menses, hanc suam, ante maritus, jam viduus
mæstissimus duxit lætus in thalamum, jam tristis in tumulum!
Voluptates sensit, capit rursus miserias, easq; insperatas magis,
quam sperasset: Nam cum sibi matrem optasset longa annorum
serie nepotes recensentem, jam videt in conflictu isto fœminam
succumbentem, morteq; sua filia vitam largientem: cum enim
die veneris hora 10. vespertinâ molitissimam filiulam cujus su-
pra memini, Margareth-Elisabetham peperisset, triduo post,
cum jam 46. septimanis, conjugij γλυκίαντες sensisset, & ante
ocliduum corporis & sanguinis Christi viatico semetipsam præ-
parasset,

parasser, eandē accidentibꝫ alijs, quæ has feminas afficere possunt, Symptomatis, in S. S. Epiphaniæ Festo intra mediū 10. & 11. Vespertinæ, marito valedixit, & ad Ecclesiam primogenitorum in cælis conscripserunt, & judicem Deum omnium, & Spiritus justorum perfectorum, inter gemitus & suspiria Mariti & charorum pignorum emigravit! Beata sane anima, quæ per generationem filiola suæ salva facta est, quia mansit in fide, dilectione, & sanctificatione cum modestia! quæ bonum ceramē est præliata, cursum consummavit, fidemq; servavit, repositamq; sibi jam habet justiciæ coronam, quam in die retributionis reddet illi Dominus, justus iudex. Hanc verò beatitudinem absit ut Tuæ conjugii desideratissimæ invidias, marite, & quod Ethnicorum olim erat

— injustos ravidis pulsare querelis

Cælicolas —


Pro solamine habeas, aut Terentio Varroni vestigia premas, qui Livio teste ex Sofiæ suæ partu interemptæ inopinato obitu tantum dolorem percepit, ut reliquo vitæ tempore neq; barbam rondere, neq; in lecto dormire, neq; mensa cibi capiendæ gratia accumbere voluerit: aut Papyrio, qui suæ Hyppolitæ, unica filiæ, Torquato Senatori elocata, partuq; enectæ discessum, ita luxit ut maroris magnitudine, cui vir prudentissimus & fortissimus succumberet, omnis civitas offenderetur: Hæc etiam Ethnicorum sunt, qui spem non habent: Nos verò quid lugemus eos, quos in meliorem orbem præmissimus, quos brevi cum gaudio recipiemus, quibus cum in omnia seculorum secula vitam omni parte beatam transigemus? Vos verò Cives Academici omnium ordinum honoratissimi adeste, & exequias deducite tam honestæ femine. Olim apud Romanos matronis, ut Livius auctor est, pro auro ad liberandam à Gallis Romam collato, vel ut Plutarch. paulo narrat aliter, pro donario

rio Delphos misso gratia acta, honosq̄ additus, ut defuncta per-
inde atq; viri in funere laudarentur: Antea enim mulierem
mortuam publicè laudari in usu non fuit, eoq̄ honore sicut Ci-
cero testis est, primum post centum aliquot annos affecta est
Popilia Catuli mater. Verum potiori nos jure huic nostræ
Emerentia diem funebrem dicimus, poscit enim virtus, poscit
familia, poscunt fratris Consulissimi & Clarissimi Viri Dn.
D. Nicolai Schüttenij, J. C. in Academia nostra celeberrimi,
in Academiam studia, Itæ ergo exequias & cogitate quod
πομφόλυξ sit ὁ ἄνθρωπος,

Ros, vapor, umbra, tumor, pulvis, nix, somnia, fumi
Spectrum, pluma, ratis, transitus, aura, cinis,
Quid obsecro, sumus tandem quam vapor qui ad exiguum tem-
pus apparet, mox tenues evanescit in auras?

Quid nos quæso sumus quā sparsus in aëra fumus?
Hoc inter eundem cogitate, vestrisq; precibus Ecclesias &
Respub. Germaniæ, Megalespoleos, Urbis, & Academiæ no-
stræ, DEO offerre! P. P. Rostochl sub sigillo Magistratus
d. 10. Januar. Anno incunte 1634.







parasset, tandē accidentibꝫ alijs, quæ has fœminas
sunt, Symptomatis, in S. S. Epiphaniæ Festo intra
vespertina, marito valedixit, & ad Ecclesiam præ
in cœlis conscripserunt, & judicem Deum omnium
justorum perfectorum, inter gemitus & suspiria
rorum pignorum emigravit! Beata sane anima,
rationem filiola suæ salva facta est, quia mansueti
tione, & sanctificatione cum modestia! quæ bonum
est præliata, cursum consummavit, fidemq; servavit
tamq; sibi jam habet justiciæ coronam, quam in die
reddet illi Dominus, justus iudex. Hanc verò be
absit ut Tuæ conjugii desideratissimæ in videas, m
Ethnicorum olim eras

— injustos rabidis pulsare quere
Cælicolas —

Pro solamine habeas, aut Terentio Varroni ve
qui Livio teste ex Sofiæ suæ partu inerep
obitu tantum dolorem percepit, ut reliquo vita
barbam tondere, neq; in lecto dormire, neq; mensa
gratia accumbere voluerit: aut Papyrio, qui sua
unicæ filia, Torquato Senatori elocata, partuq;
sum, ita luxit ut maroris magnitudine, cui vi
mus & fortissimus succumberet, omnis civitas
Hæc etiam Ethnicorum sunt, qui spem non habe
rò quid lugemus eos, quos in meliorem orbem præ
brevis cum gaudio recipiemus, quibus cum in omni
secula vitam omni parte beatam transigemus?
ves Academici omnium ordinum honoratissimi a
quias deducite tam honestæ fœminæ. Olim apud
tronis, ut Livius auctor est, pro auro ad liberan
Romam collato, vel ut Plutarch. paulo narrat ali

